Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



eoꝝ: et sup omnia montana iudee diuulga
bantur omnia uerba hec. Et posuerunt omnes
qui audierant in corde suo dicentes. Quid putas
puer iste erit. Et enim manus domini erat cum illo.
Et Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto: et
prophetauit dicens. Benedictus dominus deus israel:
quia uisitauit et fecit redemptionem plebis
His sunt Iohannis et Pauli. Sapientie. Vsque
uiri miscdie: quorum iusticie obliuio
nem non acceperunt. Cum semine eorum permanent
bona: hereditas sancta nepotes eorum. Et in tes
tamentis stetit semen eorum: et filii eorum propter eos
in eternum manent. Generatio eorum et gloria
eorum non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepul
ta sunt: et nomen eorum uiuet in secula. Sapien
tiam eorum narrabunt omnes populi: et laudem
eorum pronuntiat omnis ecclesia sanctorum. A
[illegible] Al. s. Lucam.
In illo t. Dixit. d. i. d. s. Putatis quia
ueni pacem dare in terram. Non. Dico uobis:
sed separationem. Erunt enim quinque in domo u